

Josip Stritar:

JABLANA — AD MALUM

Male, nescio, quando pulchrior sis.
Vere florea cum viges in horto,
Te sponsae similem libenter omnis
Spectat, namque oculis placens voluptas!
Autumno tua poma cum coquuntur
Et sub sole nitent virente fronde,
Obtutu tum oculi sat haud replentur .
Semper sidera sint tibi benigna!

Leopold Stanek:

MAJSKA — MAIUS ADEST MENSIS FLORENS

Maius adest rursus mensis florens redolensque —
Pomarium videre ego valde aveo patrium!
Cum peregre vasi vidi non amplius illud,
Me illuc reduxere haud pedes tempore florifero.
Cur ita, cur aveo cupioque illud mihi multum?
Ipsum unde cordi est tam mihi suaveque praecipue?
Hortus nonne in floribus est aequabilis omnis?
Multus stupendus florens lucus in orbe viget! —
Pomos mirifice certo florere iuvabat
In vere mi dulci meo tunc hilari puero —
Ebrius, ah, quam lacte magis tum, credo, decore
Fui, meus non cessat hunc quaerere namque animus,
Amplius haud ego quem possum nunc conspiciere usquam,
Incassum adhuc desidero, frustra adeo cupio.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva*